

Marcion fuit differentiā veteris et noui testamenti in se

557

Erasmianum  
et  
pistacodan

STANISLA VM OLOMVT ZENSEM EPISCOPVM.

hæreticus uolumē ædiderat de discrepātia ueteris testamēti & noui, quod ipse Antitheseis inscripsit. Proinde cum Ruffinus calumniator pugnātes secum Hieronymi sententias colligere conaretur, diuus Hieronymus in sua ad Pammachiū & Marcellam Apologia, ad id opus Marcionis alludens, Et ἀρθρώσεις (inquit) Marcionis, de meis opusculis fabricatus est. quam typis excusa uolumina ἀρθρώσεις habent, sed istam lectionē nō improbabunt qui libros Tertulliani legerint in Marcionē, & Hieronymi de inde locum perpenderit. Adhunc modum fortassis alia quoq; restituere licebit. Satis nūc puto liquere reuerendissime pater, quid spectās has Tertulliani lucubrationes inuulgarim. Quæ sane æditio quantis mihi laboribus constiterit, paucis dici nequeat. Nō enim solū attulit difficultatē prodigiosa codicum deprauatio, uerum etiā affectati stili durities molestiam addidit. Itaque quādo loca mendosa deprehendebā & nō subuenirent exemplaria, sciens religiose esse tractanda autorū scripta non secus ac res sacras, nihil mutare uolui (qui tamē multis mos est) sed cōiecturas quæ tū in mentē forte ueniebāt in marginibus adieci, quarū nōnullæ nec mihi multū arrident, uerū cupiebam lectorē dubitaturū adiuuare. quod si non ubi que successit, nō est idcirco damnandus conatus. Vtinā mihi copia fuisset exemplaris quod in Gorziensi cœnobio seruatur, id abest ad tertiū miliariū ab urbe Mediomatricum, & itē eius quod apud Fuldā extat, uel eius quod esse Romæ ferunt. Sed spacijs iniqui tēporis exclusi non potuimus ea nancisci. Quanquā uereor nihil nostris esse emendatiora, quando codices quibus usi sumus Hirsaugiensis & Paterniacensis tam constanter per omnia consentiebant, ex diuersis allati bibliothecis, & non uno tempore descripti. Sed hunc conferendi laborē alijs cōmittemus. Nec miretur quisquā cur tot mendæ in Tertulliani scriptis inoleuerint. quarum præcipuæ causæ sunt, neglectus autoris quo multis annis non est lectorum manibus tritus, & ipsum dicēdi genus affectatum & Aphricanum, quod etiam magis effecit ut minus legeretur, quā quiduis aliud. Quod superest precor ut tua celsitudo Tertullianū uelut ab inferis in hanc lucem reuersum suscipiat ac le-

Locus Hieronymi.

Patri codico

lectorum inuicem

Exemplaria potiora  
in Roma, Bonisio  
Fulda

Quæ miscui fuerunt  
antiqui patris

gat, aperte cognitura quantum  
interfit inter modum  
tractandi diuinas  
litteras ueterū  
& recentiorum

istorum. Et me suorum dientulorum numero ascribat. Bene ualeat R. D. T. cui me cōmēdo. Basileæ. Calendis Iulij.

M. D. XXI.